Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36452
Copyright: Melk, Benediktinerstift

a cepta predicationis instancia nequaquam
aut labore devictus. aut fractus despera-
tione cessaret. Omnibus ergo quos ibidem
invenerat baptizatis sic demum petrensis
civitatem ingressus. predicatione per-
acta quingentos fere utriusque sexus
homines baptizavit. Quibus servan-
de fidei regulam tradens ad aliam
nichilominus que Chamin dicitur civita-
tem domino favente pervenit. In qua mi-
mirum dum totis tribus mensibus pre-
dicasset. tria milia hominum et sex-
centos exceptis .xv. primisiani servis
convertit ad dominum. Viderit unusquisque
quid senciat. Alii receptam a gentibus
fidem. alii doctoris egregii mirentur
industriam. ego certe cum omnia
hec ad dei gloriam referenda non dubi-
tem. nichil in his tam mirum existi-
mo. quam quod tantus iusticie preco quo plu-
ribus predicavit. plures convertit. cum
quidem deus omnipotens fidelem suum quibusdam
ut ita dixerim premiis incitaret. dum ei
de multiplicato labore fructum mul-
tiplicem largiretur.

Tercia deinde Iulin civitas fu-
it. Hec a Iulio cesare qui eam
olim extruxerat. vocabulum
trahens iuxta Oderam fluvium haud
procul a mari sita est. Audientes
itaque Iulinenses multos Chanunchi-
um fidei recepisse doctrinam. et equo animo
non ferentes. superveniente confusi. nec
solum deridere conversos. sed et sancto
pontifici eiusque comitibus derogare
ceperunt. Episcopum quidem magum et
impostorem vocare. Chanunenses vero
ineptos patrie delatores. qui patriis le-
gibus abdicatis extranee gentis se-
quuntur errorem. Hanc igitur civi-
tatem ubi sanctus presul ad iter direxit
a duce Bratizlao adductus petiit et acce-
pit. Verum per urbes singulas quas in-
travit in ipsius ducis hospitium se re-
cepit. quatinus in eum populus non seviret
qui sub principis sui presidium confugisset.
Mos enim iste antiquitus a gentibus serva-
batur. ut quamdiu quis libere in domo
principis habitaret. non primum consulto
principe de gravi crimine coargutus. nichil
aliquando molestie sustinet. Quo contra
episcopo vix uspiam tutus ad manendum sup-
erat locus. publicis vero se inferre con-
spectibus. sine gravi sui suorumque periculo
non audebat. Quotienscumque enim in
publicum predicandi gratia processisset
videres barbaros cum gladiis et fustibus
veluti unumquemque casus armaverat cer-
tatim erumpere. pulverem alios spar-
gere. alios lapides crebro iactare. fre-
mere dentibus. vocibus strepere. ut
nullo nocendi genere pretermisso cuncti pa-
riter in unius necem hominis conspiras-

Quod videns se videret.
recepit. alia eos via aggredi co-
gitavit. ut premiis vinceret
quos vincere ratione non poterat. Nam
usque ad id temporis Iulinensibus quod
quidem doleam ne an rideam nescio.
venerabiliter reservata Iulii cesaris lancea
colebatur. quam ita rubigo consumpserat.
ut ipsa ferri macies nullis iam usibus
esset profutura. Quam tamen episcopus ut tanto eos
errore absolveret. quinquaginta talentis
argenti voluit comparare non magni
pendens quolibet genere rerum suarum vacu-
am. dummodo gentiles vendita vanita-
te. salutem emerent suam. Et episcopus
quidem hoc facere ut fidelis et prudens
negociator cum de animarum salute res agit-